



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Ascens. Dom.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



# FESTUM ASCENS. DOM.

THESIS I. *Assumptus est. Act. Ascensio*  
I. v. II. I. Christi *Exaltatio est Christi,*  
premium tantarum Humiliationum.  
II. Christi *Requies est* premium Labo-  
rum ipsius. III. Christi *Gaudium est*  
premium suorum Dolorum.

THESIS II. *Assumptus est. Act. Gloria*  
I. v. II. I. Via, quam Christus arripit *Christi,*  
ad Cœlum, eum demonstrat esse Domi-  
num *Naturæ.* II. Benedictio, quam  
Apostolis suis impertitur in Ascensu  
suo ad Cœlum, ipsum demonstrat esse  
Dominum *Gratiæ.* III. Locus, quem  
in Cœlo occupat, eum esse Dominum  
*Gloriæ* demonstrat. *Diction. Apostolic.*

THESIS III. *Cumque intuerentur Imitatio*  
*in Cœlum euntem. Act. I. v. IO. Ut Christi.*  
quis omnino felicitatem suam conse-  
quatur: I. Debet possidere Christum,  
& eum, quò ascendit, sequi. II. Ut  
quis eum possideat, & quò abiit, sequa-  
tur,

tur, oportet eum sequi, & tenere vestigia ejus. III. Ut quis eum sequatur, prematque vestigia, necesse est, ut abneget semetipsum, & portet crucem suam.

*Gloria  
Christi.*

THESIS IV. *Videntibus illis elevatus est.* Act. I. v. 9. Perpendamus nobiscum: I. Quomodo in cœlum Ascendat, & timeamus: Sic veniet &c. II. Consideremus, quomodo in cœlum Intret, & miremur. III. Videamus, quomodo in cœlo sedeat, & desideremus. *La Selve. tom. 2. de Sanct.*

*Amor ex  
Christi.*

THESIS V. *Nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Act. I. v. 9. Hic dies probat, si Christum amaverimus; nam tria sunt signa exigui Amoris: I. Separatio facilis ab Amato. II. Oblivio stabilis Amati. III. Adhæsiō suavis ad alium. Sic infans respectu Matris, sic Conjux respectu Mariti, sic Amicus respectu Amici suum affectum probat.

*Christi ex  
ganos.*

THESIS VI. *Accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.* Joan. 14. v. 3. Christus non vult esse sine nobis in cœlo, quasi esset ibi I. *Gloria  
ejus*

ejus imperfecta, quia Caput sine suis membris. II. Oratio ejus non exaudita, quam continuò pro nobis interponit. III. Læticia non integra sine Socijs, utpote cujus deliciae, esse cum &c. Ergo, ut ita loquar, *Interest Christi, ut simus cum Christo.*

THESIS VII. *Quid statis aspicientes in caelum?* Act. I. v. II. Omnes intendunt venire in caelum, sed non omnes perveniunt: quia I. Datur Voluntas *cũ opere*; *Dixi nunc capi.* Pl. 76. II. Datur Voluntas *sine opere*; *Desiderium cordis.* Pl. 20. III. Datur Voluntas *sine voluntate*, nempe Velleitas: *Vult, & non vult Piger.* Prov. 13.

THESIS VIII. *Expedit vobis, ut Cause Dei ego vadam.* Joan. 16. v. 7. *Expedit scelsas.* discessus Christi septem de causis: I. Quia Opus grande humanæ Redemptionis, quod ipsi Pater imposuit, complet. II. Quia Corpori ejus à Resurrectione glorioso non Terra, sed Caelum, ut locus proprius conveniebat. III. Ut Apostoli ab Amore sensuali Sacrae Humanitatis suæ abstraherentur, facta divisione per totum Mundum ad prædicandum Evangelium dispergen-

gendi. IV. Ut Possessionem caperet Regni, quod sibi Passione & Sanguine acquisivit. V. Ut officium Advocati nostri apud Patrem suum aggredereetur. VI. Ut Electis suis in cœlo locum pararet. VII. Ut Spiritum Sanctum nobis mitteret; Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. *Alexander Diotallevi S. J. Dom. 4. post Pasch.*

THESIS IX. *Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1. v. 9. Quatuor deplorandi Christi discessus. Vide supra part. 1. Dom. 4. post Pascha. thes. 2.*

*Via ad Cœ-  
lum.*

THESIS X. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Luc. 24. v. 26. Quomodo tu ascendes ad Cœlum sine afflictione? I. Homines te compellunt eò ire suis Persecutionibus. II. Deus immittit Morbis. III. Diabolus suis Tentationibus. IV. Mundus suis Injustitijs, proditionibus, & calumnijs. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei. Act. 14. v. 21. Crasset in Confid. ser. 2. post Dom. 6. Pasch.*